VINC. Libet-ne decertare saltu? LAU. Ludus iste non convenit pransis. VINC. Quam ob rem? LAU. Quia ventris saburra gravat corpus. VIN. Non admodùm sanè qui pransi sunt in Pædagogio. Nam hi plerumque cœnaturiunt, prius quàm absolverint prandium. LAU. Quod igitur saliendi genus placet? VIN. Auspicemur ab eo quod est simplissimum. A saltu locustarum, sive magis ranarum, utrâque tibiâ, sed junctis pedibus. Qui longissimè promoverit cingulum, coronam feret. Hujus ubi erit satietas, aliud atque aliud genus experiemur. LAU. Equidem nullum recusabo genus, nisi quod geritur cum periculo tibiarum. Nolim mihi rem esse cum Chirurgis. VIN. Quid si certemus unicâ tibiâ? LAU. Iste ludus est Empusæ; valeat. VIN. Hastâ innixum salire, cum primis est elegans. LAU. Liberalius est certare cursu. Siquidem hoc certaminis genus apud Virgilium proposuit et Æneas. VIN. Verum, sed idem proposuit et cæstuum certamen, quo non delector. LAU.

Le Saut.

Vincent, Laurent.

VIN. Veux-tu jouer à qui sautera le mieux? LAU. C'est un jeu qui n'est guère de saison près le dîner. VIN. Pourquoi cela? LAU. arce que la charge du ventre appesantit le orps. Ce que tu dis là n'est pas tout-à-fait vrai our ceux qui ont dîné dans un collége. Car plupart du temps on n'a pas encore fini de îner qu'on voudroit être au souper. LAU. Eh ien! quelle espèce de saut aimes-tu le mieux? IN. Commençons par le plus simple. Sautons omme les sauterelles, ou plutôt comme les renouilles, c'est-à-dire, avec les deux jambes, ais à pieds joints. Celui qui sautera le plus in aura gagné. Quand nous serons las de celui-, nous en essayerons plusieurs les uns après s autres. LAU. Je n'en refuse aucun, excepté eux où l'on se casse les jambes. Je ne veux en avoir à démêler avec les chirurgiens. VIN. ouons à clochepied. LAU. Comme le phantôie *d'Aristophane?* Fi donc. VIN. Rien de plus eau que de sauter appuyé sur une perche. LAU. l est bien plus beau de disputer le prix de la ourse; c'est un combat qu'Enée propose dans irgile. VIN. Oui, mais ce même Enée propse aussi le combat du ceste, (1) qui n'est s tout-à-fait de mon goût. Marque le jeu

(1) Le ceste étoit un gant composé de plusieurs cuirs, garni de lames de fer et de plomb, dont les athlètes se ppoient dans les jeux publics de la Grèce.

Designa stadium. Hoc loco sit carcer. Quercus ista sit meta. VIN. Sed utinam adesset Æneas, qui proponat et præmia victori. LAU. Victori abundè magnum præmium est gloria. VIN. Victo potiùs dandum erat præmium, solatii gratiâ. LAU. Sit igitur victo præmium, ut lappâ coronatus redeat in urbem. VIN. Equidem non recusârim, si tu præcedas tibiâ canens. LAU. Est ingens æstus. VIN. Nec mirum, cùm sit solstitium æstivum. LAU. Præstiterat natare. VIN. Mihi non placet ranarum vita. Animal sum terrestre, non (1) *Amphibion*. LAU. Sed tamen hoc exercitamenti genus olim cum primis habebatur liberale. VIN. Imò etiam utile. LAU. Ad quid? VIN. Si fugiendum sit in bello, ibi potissimùm valent, qui sese cursu pedum et natatu exercuerunt. LAU. Artem narras haudquaquam aspernandam; neque enim minùs laudis est aliquando benè fugere, quàm fortiter pugnare. VIN. Sum planè rudis et imperitus natandi. Nec sine periculo versamur in alieno elemento. LAU. Sed assuescere oportet. *Nemo nascitur artifex*. VIN. At ego istius generis artifices permultos audio natasse, sed non enatasse. LAU. Experieris primùm innixus suberi. VIN. Nec suberi fido magis quàm pedibus. Si vobis cordi est natatio, spectator esse malo, quàm certator.

(1) Animal amphibie. *Amphibium*, *ii*, n. Mot grec qui signifie un animal qui vit dans l'eau et sur la terre.

LAU. On partira d'ici, et ce chêne que tu vois, sera le but. VIN. Que n'avons-nous aussi un Enée pour donner des récompenses au vainqueur ! LAU. Le vainqueur est assez récompensé par la gloire. VIN. Il vaudroit mieux donner un prix au vaincu pour le consoler. LAU. Eh bien, que la récompense du vaincu soit de rentrer dans la ville, couronné de bardanne. VIN. J'y consens encore, pourvu que tu marches devant lui en jouant de la flûte. LAU. Il fait grand chaud. VIN. Cela n'est pas étonnant, puisque nous sommes dans le fort de l'été (1). LAU. Il valoit mieux nager. VIN. Je n'aime pas la vie de grenouille. Je vis sur la terre, je ne suis point un animal amphibie. LAU. Cependant c'est un exercice qui étoit autrefois bien noble. VIN. Et qui est très-utile, même. LAU. Comment utile ? VIN. Oui. A la guerre lorsqu'il faut fuir, on se trouve toujours très-bien de s'être exercé à la course et à la nage. LAU. Il est vrai que c'est un exercice qui n'est point à negliger; car quelquefois il y a autant de mérite à fuir avec promptitude, qu'à se battre avec courage. VIN. Mais je ne sais point nager de tout, moi ; et on risque toujours dans un élément étranger. LAU. Il faut s'accoutumer : *personne n'est maître en naissant*. VIN. Cela est vrai, mais j'ai entendu dire aussi qu'il y avoit beaucoup de ces maîtres nageurs qui n'avoient pas assez nagé pour regagner le bord. LAU. Tu essayeras d'abord en t'appuyant sur du liége. VIN. Je ne me fie pas plus au liége qu'à mes jambes. Si vous voulez nager, vous autres, j'aime mieux être spectateur qu'acteur.

(1) Le solstice d'été, qui est le 23 de juin, est le plus long jour de l'année. *Solstitium* signifie arrêt du soleil, *quia sol stat.*

Venatio.

Paulus, Thomas, Vincentius, Laurentius, Bartholus.

PAUL. Trahit sua quemque voluptas. Mihi placet venatio. TH. Placet et mihi, sed ubi canes, ubi venabula, ubi casses? PAU. Valeant apri, ursi, cervi, et vulpes; nos insidiabimur cuniculis. VIN. At ego laqueos injiciam locustis. Insidiabor gryllis. LAU. Ego ranas captabo. BAR. Ego papiliones venabor. LAU. Difficile est sectari volantia. BAR. Difficile, sed pulchrum; nisi pulchrius esse ducas sectari lumbricos aut cochleas, quia carent alis. LAU. Equidem malo insidiari piscibus. Est mihi hamus elegans. BAR. Sed undè parabis escam? LAU. Lumbricorum ubique magna est copia. BAR. Est, si tibi velint prorepere è terrâ. LAU. At ègo mox efficiam, ut multæ myriades (1) prosiliant. BAR. Quo pacto? incantamentis? LAU. Videbis artem. Imple hanc situlam aquâ. Hos juglandium summos cortices virentes, confractos immittito. Hâc aquâ perfunde solum. Nunc observa paulisper. Vides emergentes? BAR. Rem prodigio-

(1) Mot grec qui signifie *dix mille*.

La Chasse.

ul, Thomas, Vincent, Laurent, Barthole.

ɩUL. Chacun a sa passion qui l'entraîne. , je suis pour la chasse. TH. Je l'aime coup aussi, mais où sont nos chiens, nos ux, nos toiles? PAUL. Laissons-là les san-'s, les ours, les cerfs et les renards; allons faire la guerre aux lapins. VIN. , je prendrai des sauterelles au filet. Je rai des piéges aux grillons. LAU. Moi, :aperai des grenouilles. BAR. Moi, j'irai chasse aux papillons. LAU. Il est très-mal d'attraper ce qui vole. BAR. Cela est mal , mais cela est beau. Croyez-vous qu'il soit glorieux de chasser aux vers et aux lima-, parce qu'ils n'ont point d'ailes? LAU. ne mieux attraper (1) du poisson. J'ai une ɜ excellente. BAR. Mais où prendras-tu ıât? LAU. Il y a assez de vers de tous côtés. . Tu en trouveras, s'ils veulent sortir de ɜ exprès pour toi. LAU. Je saurai bien les ʒer à sortir par milliers. BAR. Comment? des paroles magiques? LAU. Tu vas voir secret. Emplis ce baquet-là d'eau. Jettes-y morceau ce brou de noix. Répands à pré- l'eau par terre. Considère un instant... vois-tu fourmiller? BAR. Ce que je vois-là

Je m'étonne qu'Érasme décrive une pêche : ce n'étoit ıent pas sa passion favorite ; du moins certains au- assurent, *qu'il ne pouvoit approcher aucune sorte de ons sans être pris de la fièvre.*

sam video. Sic olim, opinor, exiliebant armati ex satis (*) serpentis dentibus. Sed plerique pisces delicatioris et elegantioris sunt palati, quàm ut escâ tam vulgari capiantur. LAU. Novi quoddam insecti genus, quo talibus insidiari soleo. BAR. Tu vide an possis imponere piscibus, ego ranis facessam negotium. LAU. Quomodò? reti? BAR. Non, sed arcu. LAU. Novum piscandi genus. BAR. At non injucundum videbis et fateberis. VIN. Quid si nos duo micemus digitis? PAU. Ignavum est ac rusticum lusûs genus. Ad focum desidentibus magis convenit, quàm in campo versantibus. VIN. Quid si certemus nucibus? PAU. Nuces admodùm pueris relinquamus. Nos grandiusculi sumus. VIN. Et tamen nihil aliud adhuc, quàm pueri sumus. PAU. Sed quibus decorum est ludere nucibus, iisdem non indecorum est equitare in arundine longâ. VIN. Tu igitur præscribito lusûs genus. Sequar quòcumque vocaris. PAU. Et ego futurus sum omnium horarum homo.

(*) Du verbe *sero*, *sevi*, *satum*, semer. Cadmus vainquit le dragon qui gardoit les pommes d'or, et après en avoir semé les dents, il en naquit des soldats armés.

ınt du prodige. Voici comme sortirent autre-
ıs du sein de la terre, ces hommes armés
e produisirent les dents du serpent, semées
r Cadmus. Mais la plupart des poissons ont
goût trop fin, le palais trop délicat pour se
sser prendre à un appât si grossier. LAU.
ur ceux-là, je les prends avec une espèce
insecte que je connois. BAR. Essaye donc
ıttraper les poissons : moi, je vais donner de
ccupation aux grenouilles. LAU. Comment
la, au filet? BAR. Non, mais à coups de
ches. LAU. Nouvelle manière de pêcher. BAR.
ıi, mais fort divertissante. Tu le verras, et
en conviendras toi-même. VIN. Et nous
ux, si nous jouions à la mourre (1)? PAUL.
est un jeu bien sot et bien grossier, plus
opre du reste à être joué auprès du feu qu'en
eine campagne. VIN. Et bien, jouons aux
ix. PAUL. Il faut laisser les noix aux petits
fans; nous commençons, nous autres, à
venir grands garçons. VIN. Tu as beau dire;
us ne sommes encore que des enfans. PAUL.
rsqu'on est d'âge à jouer aux noix, on peut
en ne pas rougir d'aller à cheval sur un grand
ton. VIN. Décide donc à quel jeu nous joue-
ns. J'en passerai par-tout où il te plaira.
UL. Et moi, tu me trouveras à toute heure
bonne disposition.

1) Le jeu de *la mourre* consiste à faire deviner à un
re qui a les yeux bandés, combien on a de doigts
és ou baissés.

SELECTÆ

FONTANII FABULÆ,

Eodem interprete GIRAUD.

Hirundo et Aviculæ.

MULTA usu didicit, dum regna pererrat, hirundo;
  Quò quis plus vidit, plus meminisse potest.
Infidi hæc minimam pelagi prænoverat iram,
  Et signum nautis, ante pericla, dabat.
Ruricolam, vênit cum cannabis hora serendæ,
  Mittere per sulcos semina densa, videt.
Auguror inde nihil fausti, prudentior, inquit,
  Me, parvæ volucres, vestra pericla movent.
Quippe ego, vel latebris, tanto in discrimine, condar,
  Aut cita in amotas me feret ala plagas.
Cernitis agrestem-ne manum se ferre per auras?
  Illa dies aderit, nec procul illa dies,
Quâ vestram parient, quæ spargit, cumque, ruinam;
  Hinc texet vobis gens inimica dolos;
Hinc pedicæ venient; hinc artes mille nocendi;
  Vos tandem carcer, mors vel acerba premet.
Ah! caveam vereor vel ahenum; hæc ergo comesse
  Grana opus est; stat in hoc, credite, vestra salus:
Consilium volucres risu sprevêre procaci;
  Nempe dabant agri pabula larga nimis.
Cannabe cùm viridi se vestiit undique tellus,
  Indocilem turbam rursus hirundo monet.
Eia, minutatim granorum evellite fœtus;

FABLES CHOISIES
DE LA FONTAINE,
Même traduction de GIRAUD.

L'Hirondelle et les petits Oiseaux.

UNE hirondelle en ses voyages
)it beaucoup appris. Quiconque a beaucoup vu
Peut avoir beaucoup retenu.
le-ci prévoyoit jusqu'aux moindres orages,
Et, devant qu'ils fussent éclos,
Les annonçoit aux matelots.
ırriva qu'au temps que la chanvre se sème,
e vit un manant en couvrir maints sillons.
:i ne me plaît pas, dit-elle aux oisillons,
vous plains; car, pour moi, dans ce péril extrême,
saurai m'éloigner, ou vivre en quelque coin.
yez-vous cette main qui par les airs chemine?
Un jour viendra, qui n'est pas loin,
e ce qu'elle répand sera votre ruine.
là naîtront engins à vous envelopper,
Et lacets pour vous attraper;
Enfin mainte et mainte machine
Qui causera dans la saison
Votre mort ou votre prison:
Gare la cage ou le chaudron!
C'est pourquoi, leur dit l'hirondelle,
Mangez ce grain, et croyez-moi.
Les oiseaux se moquèrent d'elle;
Ils trouvoient aux champs trop de quoi.
Quand la chenevière fut verte,
ıirondelle leur dit: Arrachez brin à brin
Ce qu'a produit ce maudit grain;

Sin vos pernicies, spondeo, certa manet;
Nos vero egregium, clamant, vis munus obire!
Infelix vates, garrula, mentis inops;
Tanto insudarent operæ si mille labori,
Turba repurgando vix satis esset agro.
Res in pejus eunt, maturâ cannabe, dixit
Augur avis, crescit promptiùs herba nocens.
Hactenùs admonui frustra; mihi credite tandem:
Gramine cùm tectam conspicietis humum:
Cùm gens agrestis segetum defuncta labore,
Assidua in minimas bella movebit aves;
Cùm pubem aligeram pedicis et glutine fallent,
Per varios deinceps ne volitate locos.
At servate focum, gentes vel adite remotas,
Notâ anati atque grui rusticulæque viâ;
Trajicere at pelagus minimè et deserta valetis,
Aut alias nostro quærere more plagas.
Hinc vestræ superat genti spes una salutis:
Vos muro tacitas tuta latebra tegat.
Penniger ingrato fessus sermone popellus,
Confusos querulâ voce dedere sonos,
Quales Æneadæ, quando Cassandra futuris
Infelix virgo solveret ora malis.
Incidit in similes similis dementia casus,
Plurima cannabeis retibus hæsit avis.
Unum id agit quivis, suadet quod amica cupido;
Ni mala contigerint, non mala certa putat.

Homo et Imago ejus.

Se sine rivali quidam malesanus amabat,
Formæ laude ratus vincere quemque suæ.
Omnibus à speculis queritur sibi falsa referri,
Stultitiâque nimis se beat ipse suâ.
Sed tentat dulci sors officiosa medelam
Morbo ferre, petat quoslibet ille locos.

Ou soyez sûrs de votre perte.
hète de malheur ! babillarde ! dit-on,
Le bel emploi que tu nous donnes !
Il nous faudroit mille personnes
Pour éplucher tout ce canton.
La chanvre étant tout-à-fait crûe,
·ondelle ajouta : Ceci ne va pas bien ;
Mauvaise graine est tôt venue.
, puisque jusqu'ici l'on ne m'a crue en rien ;
Dès que vous verrez que la terre
Sera couverte, et qu'à leurs blés
Les gens n'étant plus occupés
Feront aux oisillons la guerre,
Quand reginglettes et réseaux
Attraperont petits oiseaux,
Ne volez plus de place en place ;
eurez au logis, ou changez de climat :
z le canard, la grue et la bécasse.
Mais vous n'êtes pas en état
isser, comme nous, les déserts et les ondes,
Ni d'aller chercher d'autres mondes ;
pourquoi vous n'avez qu'un parti qui soit sûr ;
de vous renfermer aux trous de quelque mur.
Les oisillons, las de l'entendre,
rent à jaser aussi confusément
aisoient les Troyens quand la pauvre Cassandre
Ouvroit la bouche seulement ;
Il en prit aux uns comme aux autres :
t oisillon se vit esclave retenu.
n'écoutons d'instincts que ceux qui sont les nôtres,
croyons le mal que quand il est venu.

L'Homme et son Image.

homme qui s'aimoit sans avoir de rivaux,
it dans son esprit pour le plus beau du monde.
usoit toujours les miroirs d'être faux,
it plus que content dans une erreur profonde.
le le guérir, le sort officieux
Présentoit par-tout à ses yeux

Huic ubivis monitorem offert, sine voce loquacem,
Quem matrona omnis consuluisse studet.
Vir speculum in loculis, speculum fert fæmina zonâ;
Quæque domus speculis, quæque taberna nitet.
Quid tùm Narcissus? veraci occurrere vitro
Plus æquo trepidans cedit ab urbe procul.
Alto se nemoris secessu condit; at illic
Pellucens vitreo fonte canalis adest.
Se videt in lymphis; avertit lumina: vanam
Effigiem, indignans credit adesse sibi;
Exosus laticem tendit discedere, amæni
Captus amore loci, deseruisse dolet.
Quò spectent mea dicta, satis liquet; alloquor omnes:
Errorem hunc toto pectore quisque fovet.
Scilicet humanæ est verissima mentis imago
Demens ille, nimis cui placet ipse sibi.
Semper erunt aliena tibi deliria vitrum,
Quo tua, nativo picta colore patent;
Egregius, morum dat qui documenta, libellus,
Puro fonte nitens usque canalis erit.

Mors et Lignator.

IBAT lignator ramis malè onustus et annis,
Delassata trahens membra labante gradu;
Pectore anhelanti curvum sudare videres,
Semirutam ut repetat, sordida tecta, casam.
Succumbens oneri tandem fractusque labore,
Se se fasce levat, tristia fata gemit:
Ex quo me peperit miserum paupercula mater,
Affulsit-ne mihi læta vel una dies?
Nulla quies unquam, quandoque cibaria nulla,
Quis vitam in toto duriùs orbe trahit?
Dant cumulum ærumnis uxor cum prole tributum,

onseillers muets dont se servent nos dames:
irs dans les logis, miroirs chez les marchands,
    Miroirs aux poches des galans,
    Miroirs aux ceintures des femmes.
'ait notre Narcisse ? Il se va confiner
lieux les plus cachés qu'il peut s'imaginer,
ınt plus des miroirs éprouver l'aventure.
un canal, formé par une source pure,
    Se trouve en ces lieux écartés :
voit, il se fâche ; et ses yeux irrités
ent apercevoir une chimère vaine.
t tout ce qu'il peut pour éviter cette eau :
    Mais quoi ! le canal est si beau,
    Qu'il ne le quitte qu'avec peine.
    On voit bien où je veux venir.
'e parle à tous, et cette erreur extrême
ın mal que chacun se plaît d'entretenir.
e âme, c'est cet homme amoureux de lui-même:
de miroirs, ce sont les sottises d'autrui,
irs, de nos défauts les peintres légitimes :
    Et quant au canal, c'est celui
Que chacun sait, le livre des *Maximes* (1).

La Mort et le Bucheron.

pauvre bûcheron, tout couvert de ramée,
le faix du fagot aussi-bien que des ans
ssant et courbé, marchoit à pas pesans,
choit de gagner sa chaumine enfumée.
, n'en pouvant plus d'effort et de douleur,
t bas son fagot : il songe à son malheur.
plaisir a-t-il eu depuis qu'il est au monde ?
t-il un plus pauvre en la machine ronde ?
de pain quelquefois, et jamais de repos:
nme, ses enfans, les soldats, les impôts,
    Le créancier, et la corvée,
'ont d'un malheureux la peinture achevée.

Celui des maximes morales composé par le duc de ochefoucault.

Creditor et miles, gratuitusque labor.
Ergo vocat mortem: mors se mirata vocari
Advolat ad querulum; quam petis, inquit, opem?
Me tantùm, oro, juves humeris ut ligna reponam;
Grande erit obsequium, nec tibi causa moræ.
Mors est certa malis queiscumque medela, sed ille
Nemo loco cedat, quo Deus esse dedit.
Dura pati satius, quam ponere morte dolores:
Publica naturæ vox ea semper erit.

Puer et ludi Magister.

ADMONITUS vanos objurgatoris inepti;
Carmine subjecto, musa jocosa refert.
Pusio sequanici cum luderet amnis ad oram,
Fallente in medias est pede lapsus aquas.
Adfuit opportuna salix, quæ brachia pandens,
Servat, servavit quem prior ipse Deus.
Hæret dum salici puer, hàc transire magistrum
Fors videt, ah! pereo, fer mihi, clamat, opem.
Tunc vultum obvertens graviori voce magister,
Intempestivis hunc onerare probris:
Pumilio ah nugax! en inquit, quæso, videte,
Hunc quò præcipitem mens malesana tulit.
Tam stolidos jam sit nebulones cura fovere:
O miseræ matres! ô miserique patres!
Quàm doleo vos tanta pati, quibus usque cavendum
Ne mala progenies in sua damna ruat.
Sermone exhausto, periturum eduxit ab undis.
Plures, quam credas, fabula nostra petit;
Quisquis erit, stolidè, doctor, censor-vè, loquax-vè,
Se nostro pictum carmine nosse potest.
Cuique trium fâvit mira indulgentia cœli,
Undique densa adeò pullulat ista seges;
Hoc unum satagunt (urget quodcunque negotî)
Effundat multos ut sua lingua sonos.
Ah! priùs instanti me subtrahe, amice, periclo,
Dein fare, orator, quæ tibicumque lubet.

---

appelle la mort. Elle vient sans tarder,
Lui demande ce qu'il faut faire.
C'est, dit-il, afin de m'aider
recharger ce bois; tu ne tarderas guère.
Le trépas vient tout guérir;
Mais ne bougeons d'où nous sommes.
Plutôt souffrir que mourir,
C'est la devise des hommes.

L'Enfant et le Maître d'école.

DANS ce récit je prétends faire voir
l'un certain sot la remontrance vaine.
In jeune enfant dans l'eau se laissa choir,
n badinant sur les bords de la Seine.
e ciel permit qu'un saule se trouva,
Dont le branchage, après Dieu le sauva.
'étant pris, dis-je, aux branches de ce saule:
'ar cet endroit passe un maître d'école.
L'enfant lui crie: Au secours! je péris!
e magister, se tournant à ces cris,
D'un ton fort grave, à contre-temps s'avise
De le tancer. Ah le petit babouin!
Voyez, dit-il, où l'a mis sa sottise!
Et puis prenez de tels fripons le soin!
Que les parens sont malheureux qu'il faille
Toujours veiller à semblable canaille!
Qu'ils ont de maux! et que je plains leur sort!
Ayant tout dit, il mit l'enfant à bord.
Je blâme ici plus de gens qu'on ne pense.
Tout babillard, tout censeur, tout pédant,
Se peut connoître au discours que j'avance.
Chacun des trois fait un peuple fort grand.
Le créateur en a béni l'engeance.
En toute affaire ils ne font que songer
Au moyen d'exercer leur langue.
Hé! mon ami, tire-moi du danger;
Tu feras après ta harangue.

Consilium à Muribus habitum.

INSIGNIS quondam, Rapilardus nomine, feles
Tetro in murinum sæviit ore genus.
Jam prope nullus erat totâ de gente superstes,
Millia tot tumulo condidit hostis atrox.
Relliquiæ generis metuunt dum linquere tecta,
Vix minima occurrit, quæ levet esca famem;
Nec felem infandas tot strages edere, at orco
Missam Tisiphonem gens miseranda putat.
Forte novam cupidus thalamo sibi jungere sponsam,
Dissita prædo vagus summaque tecta petit;
Cum nuptâ celebrat dum Bacchanalia, mures
In latebram coeunt, consiliumque tenent.
Tum, quem commendat prudentia summa, decanus
Assurgit, tales edit et ore sonos.
Absque morâ crotalum Rapilardi appendere collo
Expedit, adventum prodat ut ipse suum.
Nos petet ut bello, strepitu moniti antra petemus;
Hæc nostris superest una medela malis.
Assensêre omnes seniori: posse fatentur
Vitari nullâ certiùs arte necem.
Nectere sed crotalum labor est. Tum cautior unus;
Hoc alius tentet: non ita stultus ego;
Nec tam dexter ego, pavido vultu excipit alter;
Re sic infectâ quisque redire domum.
O quotiès nostro pariter conspeximus ævo
Solemnes cœtus expediisse nihil.
Nec mures aderant, sed turba adoperta cucullis:
Quin et de canonum nomine dicta cohors.
Consulto sit opus: linguâ te mille juvabunt;
At sit opus facto, jam tibi nullus adest.

Conseil

Conseil tenu par les Rats.

Un chat, nommé Rodilardus,
Faisoit des rats telle déconfiture,
Que l'on n'en voyoit presque plus,
il en avoit mis dedans la sépulture.
u qu'il en restoit, n'osant quitter son trou,
ouvoit à manger que le quart de son sou;
odilard passoit, chez la gent misérable,
Non pour un chat, mais pour un diable.
Or, un jour qu'au haut et au loin
Le galant alla chercher femme,
nt tout le sabbat qu'il fit avec sa dame,
meurant des rats tint chapitre en un coin
Sur la nécessité présente.
'abord, leur doyen, personne très-prudente,
qu'il falloit, et plutôt que plus tard,
her un grelot au cou de Rodilard;
Qu'ainsi, quand il iroit en guerre,
marche avertis, ils s'enfuiroient sous terre:
Qu'il n'y savoit que ce moyen.
un fut de l'avis de monsieur le doyen:
e ne leur parut à tous plus salutaire.
fficulté fut d'attacher le grelot.
dit: Je n'y vas pas, je ne suis pas si sot:
tre: Je ne saurois. Si bien que sans rien faire
On se quitta. J'ai maint chapitres vus,
Qui pour néant se sont ainsi tenus;
itres, non de rats, mais chapitres de moines;
Voire chapitres de chanoines.
Ne faut-il que délibérer?
La cour en conseillers foisonne.
Est-il besoin d'exécuter?
L'on ne rencontre plus personne.

R

Vespertilio et duæ Mustelæ.

IMPETE præcipiti dum vespertilio fertur,
Mustelæ in nidum se malecautus agit.
Hæc vetus in mures odium alto pectore servans,
Advolat, immiti quò ferat ore necem.
Quid tua gens toties mihi cum sit adorta nocere,
Tu tamen ante oculos ausus adesse meos!
Dic agedum: nonne es murino sanguine cretus?
Vocibus ambiguis ne mihi vera tege.
Credo equidem mus es, vel jam mustela negabor.
Parce, misellus ait, non mihi tale genus.
Mus ego? me murem tibi rettulit improba lingua;
Gratia dîs, mater me mea fecit avem.
Si mihi nil credis, pennas en aspice, vivant
Queis secat ærias mobilis ala plagas.
Credita res, adeò causam feliciter egit,
Inque sua illæso tecta redire datur.
Post paulo alterius ruit inconsultus in antrum
Mustelæ, aligeri quæ gregis hostis erat.
Hîc nova causa metûs, longo domina ore parabat
Huic tanquam volucri deptoperare necem.
Me volucrem! tantum procul à me dedecus absit;
Non advertis? avem quid, nisi pluma, facit?
Nobile duco genus murino sanguine, mures
Vivite, vos feles, deleat ira Jovis.
Sic hostes geminos, geminatâ fraude fefellit,
Bis vitam solers expediisse suam.
Plurimus immutat dum belli insignia, sæpe
Elusit simili magna pericla dolo.
Vivat Tarquinius, vivat respublica, dicit
Astutus vir, ubi res-ve locus-ve petunt.

La Chauve-souris et les deux Belettes.

IE chauve-souris donna tête baissée
un nid de belette ; et si-tôt qu'elle y fut,
re, envers les souris de long-temps courroucée,
Pour la dévorer accourut.
! vous osez, dit-elle, à mes yeux vous produire,
s que votre race a tâché de me nuire !
s-vous pas souris ? Parlez sans fiction.
vous l'êtes ; ou bien je ne suis pas belette.
Pardonnez-moi, dit la pauvrette,
Ce n'est pas ma profession.
souris ! Des méchans vous ont dit ces nouvelles.
Grâce à l'auteur de l'univers,
Je suis oiseau : voyez mes ailes :
Vive la gent qui fend les airs !
Sa raison plut, et sembla bonne.
Elle fait si bien, qu'on lui donne
Liberté de se retirer.
Deux jours après, notre étourdie
Aveuglément se va fourrer
une autre belette, aux oiseaux ennemie.
oilà derechef en danger de sa vie.
ame du logis, avec son long museau,
alloit la croquer en qualité d'oiseau ;
nd elle protesta qu'on lui faisoit outrage.
, pour telle passer ! Vous n'y regardez pas.
Qui fait l'oiseau ? c'est le plumage.
Je suis souris : vivent les rats !
Jupiter confonde les chats !
Par cette adroite repartie
Elle sauva deux fois sa vie.
ieurs se sont trouvés qui d'écharpe changeans,
dangers, ainsi qu'elle, ont souvent fait la figue.
Le sage dit, selon les gens,
Vive le roi ! vive la ligue !

Leo et Culex.

Vile genus, malè progenuit quod putrida turpi
Terra sinu, aligerum dedecus, esto procul.
In culicem hæc jactasse leo convicia fertur,
Quem vocat indignans in fera bella culex;
Nempe putas regis nomen (quo, stulte, superbis)
Esse mihi curæ vel dare posse metum?
Te mole immani taurus, te robore vincit;
Hunc tamen ad nutum flecto, reflecto, meum.
Talia vix fatus, dat signa, strepentibus alis,
Ipse suus tubicen, ductor et ipse suus.
Nec mora; se se infert campo, tempusque secundum
Captat, et invadit colla superba feri;
Insanit quadrupes, rugit, spumam evomit ore,
Scintillasque vibrans lumen utrumque rubet.
Agricolæ trepidi latitant, habet omnia terror;
Quæ motûs tanti causa metûsque? Culex.
Quò se cumque leo ferat, indefessa lacescit
Muscula, sexcentis insequiturque locis.
Nunc rostro infigit jaculum, nunc vellicat armos,
Nunc, veluti latebram, concava naris adit.
Crescit in immensum rabies effræna leonis;
Hostis at invisus jam sibi plaudit ovans:
Dum, dentes quot habet, quot et ungues bellua, certat
Frendentem horrendis dilacerare modis.
Caudâ immanè sonans frustra leo verberat auras
Insontes, creber tundit utrumque latus;
Summus anhelantem frangit furor, edomat; ægre
Deficiunt animi, victus et ecce jacet.
Partâ laude tumens discedit musca; triumphum,
Ut pugnam cecinit, sic canit ipsa suum.
Omnia pervolitans loca, dum rem vulgat, arachnes
Se temerè in laqueos injicit, inque necem.
Hinc edisce duo: primum: mala ferre potenti
Hostis vel minimus maxima sæpe valet.
Deinde, graves valuit qui mox eludere casus,
Hunc subito mergit funere causa levis.

Le Lion et le Moucheron.

A-T'EN, chetif insecte, excrément de la terre!
C'est en ces mots que le lion
Parloit un jour au moucheron.
L'autre lui déclara la guerre:
es-tu, lui dit-il, que ton titre de roi
Me fasse peur ni me soucie?
Un bœuf est plus puissant que toi;
Je le mène à ma fantaisie.
A peine il achevoit ces mots,
Que lui-même il sonna la charge,
Fut le trompette et le héros.
Dans l'abord il se met au large,
Puis prend son temps, fond sur le cou
Du lion qu'il rend presque fou.
uadrupède écume, et son œil étincelle;
;it. On se cache, on tremble à l'environ;
Et cette alarme universelle
Est l'ouvrage d'un moucheron.
vorton de mouche en cent lieux le harcele;
ôt pique l'échine, et tantôt le museau,
Tantôt entre au fond du naseau.
ige alors se trouve à son faîte montée.
isible ennemi triomphe, et rit de voir
n'est griffe ni dent en la bête irritée.
e la mettre en sang ne fasse son devoir.
alheureux lion se déchire lui-même,
résonner sa queue à l'entour de ses flancs,
air qui n'en peut mais: et sa fureur extrême
tigue, l'abat: le voilà sur les dents.
ecte du combat se retire avec gloire:
ne il sonna la charge, il sonne la victoire,
ar-tout l'annoncer, et rencontre en chemin
L'embuscade d'une araignée:
Il y rencontre aussi sa fin.
e chose par-là peut nous être enseignée?
rois deux: dont l'une est qu'entre nos ennemis
lus à craindre sont souvent les plus petits;
e, qu'aux grands périls tel a pu se soustraire,
Qui périt pour la moindre affaire.

Gallus et Vulpes.

STABAT in excubiis senior super arbore gallus,
Seu vitare dolos, sive parare vafer.
Mollire incœpit tum vulpes callida vocem:
Cesserunt, frater, jurgia nostra, procul;
Pax tandem, en adsum certæ tibi nuntia pacis;
Arbore quid cessas? huc, mea cura, veni.
Complexus arcti firmo nos fœdere jungant.
Ah! precor, ingratas ne mihi necte moras.
Mille ego plus stadiis hodie decurrere cogor;
Me procul à patriâ lis dirimenda vocat.
Te pariterque tuos dare tempora rebus agendis
Nil vetat; injicient nulla pericla metum;
Ceu fratres, gens officiis vos nostra juvabit.
Nocturnæ prodant gaudia vestra faces.
Hùc ades, interea fraterni pignus amoris,
Ut fida excipias oscula desque mihi.
Dulcius audivi nihil, inquit gallus, amica,
Bis lætor, pacem quod prior ipsa feras.
Ecce canes video geminos hùc tendere cursu;
Mox aderunt; præco pacis uterque venit.
Descendo, poterunt nos inter basia carpi.
Cui tunc illa: vale, me via longa manet.
Compositam pacem meliùs celebrare licebit
Quondam, ubi me tempus resque vacare sinent.
Nec plura: elusas prædatrix ingemit artes,
Se rapit hinc subito, summaque saxa petit.
Vulpinos gallus secum ridere timores;
Nam bis dulce vafro ludificare vafrum.

Corvus Aquilam æmulans.

PERPASTAM rapiebat ovem Jovis armiger ales;
Rem corvus quidam non procul inde videt;
Ingluvie poterat, si non contendere nervis;
Jamque ardet prædam surripuisse parem.

Le Coq et le Renard.

R là branche d'un arbre étoit en sentinelle
Un vieux coq adroit et matois.
, dit un renard adoucissant sa voix,
Nous ne sommes plus en querelle :
Paix générale cette fois.
iens te l'annoncer ; descends que je t'embrasse,
Ne me retarde point, de grâce ;
ois faire aujourd'hui vingt postes sans manquer :
Les tiens et toi pouvez vaquer,
Sans nulle crainte, à vos affaires,
Nous vous y servirons en frères.
Faites-en les feux dès ce soir ;
Et cependant viens recevoir
Le baiser d'amour fraternelle.
, reprit le coq, je ne pouvois jamais
endre une plus douce et meilleure nouvelle
Que celle
De cette paix :
Et ce m'est une double joie
tenir de toi. Je vois deux lévriers,
Qui, je m'assure, sont courriers
Que pour ce sujet on envoie.
ont vîte, et seront dans un moment à nous.
scends : nous pourrons nous entre-baiser tous.
, dit le renard, ma traite est longue à faire.
nous réjouirons du succès de l'affaire
Jne autre fois. Le galant aussitôt
Tire ses grègues, gagne au haut,
Mal content de son stratagême.
Et notre vieux coq, en soi-même,
Se mit à rire de sa peur ;
C'est double plaisir de tromper le trompeur.

Le Corbeau voulant imiter l'Aigle.

OISEAU de Jupiter enlevant un mouton,
Un corbeau témoin de l'affaire,
us foible de reins, mais non pas moins glouton,
En voulut sur l'heure autant faire.

Itque reditque gregem circum; tandem eligit unam,
  Centum alias formâ quæ superabat, ovem:
Dignam pontificum feriat quam sacra securis;
  In mensam, fuerat crescere jussa, deûm.
Haud novi quænam te paverit ubere nutrix,
  Dum vorat illam oculis, helluo lætus ait;
Sed nisi me fallit species, tibi corpus opimum,
  Accedes mensæ, dulcior esca, meæ.
Mox in balantem totis citus irruit alis;
  Majus caseoli pondere pondus ovis,
Insuper hanc circum densissima lana tegebat;
  Barbam adeo implicitam non Polyphemus habet.
Sic mediis ales villis innexuit ungues,
  Ut fuerit misero jam via nulla fugæ.
Pastor adest, volucremque capit, bene carcere clausam
  Vimineo, pueris donat habere jocum.
Metiri proprio se se modulo addecet omnes:
  Clariùs id corvi tristia fata monent.
Quod tutè latro, haud impunè latrunculus ausit.
  Exempla illecebris exitiosa suis.
Qui plebem comedunt, non cunctis summa potestas:
  Quà vespa egit iter, muscula capta manet.

Membra et Stomachus.

DEBUERAT primùm reges mea dicere musa,
  E quorum pendet nostra salute salus.
Munia si spectas, Gaster est regis imago:
  Quando dolet Gaster, corpus et omne dolet.
Pertæsa assiduos olli impendisse labores,
  Se voluêre gravi solvere membra jugo:
Nobilium ritu, decretum est vivere: Gaster
  Sic lætos degit continuosque dies.
Nostram tolle operam, vescetur inanibus auris,
  Ceu jumenta gravis nos premit usque labor.
At quorsum? ut pigro bene sit; saturare voracem
  Totum opus est nobis; non nihil ille juvat.

Il tourne à l'entour du troupeau,
Marque entre cent moutons, le plus gras, le plus beau,
Un vrai mouton de sacrifice.
On l'avoit réservé pour la bouche des dieux.
Gaillard corbeau disoit, en le couvant des yeux:
Je ne sais qui fut ta nourrice,
Mais ton corps me paroît en merveilleux état:
Tu me serviras de pâture.
Sur l'animal bêlant, à ces mots, il s'abat.
La moutonnière créature
Pesoit plus qu'un fromage; outre que sa toison
Étoit d'une épaisseur extrême,
Et mêlée à peu près de la même façon
Que la barbe de Polyphême.
Elle empêtra si bien les serres du corbeau,
ue le pauvre animal ne put faire retraite:
e berger vient, le prend, l'encage bien et beau,
e donne à ses enfans pour servir d'amusette.
faut se mesurer; la conséquence est nette.
l prend aux volereaux de faire les voleurs.
L'exemple est un dangereux leurre.
is les mangeurs de gens ne sont pas grands seigneurs;
la guêpe a passé, le moucheron demeure.

Les Membres et l'Estomac.

JE devois par la royauté
Avoir commencé mon ouvrage:
A la voir d'un certain côté,
Messer Gaster en est l'image.
ielque besoin, tout le corps s'en ressent.
iller pour lui les membres se lassant,
d'eux résolut de vivre en gentilhomme,
faire, alléguant l'exemple de Gaster.
t, disoient-ils, sans nous qu'il vécût d'air.
ons, nous peinons comme bêtes de somme;
ui? pour lui seul: nous n'en profitons pas;
n n'aboutit qu'à fournir ses repas.

Cessemus: nisi cessantes non posse beati,
  Exemplo assiduus nos docet ipse suo.
Dictum res sequitur: jam brachia ferre laborem,
  Palmæ escas renuunt prendere et ire pedes.
I nunc, exclamant, tibi quære cibaria, Gaster.
  Erroris pœnas gens malecauta dedit.
Languescunt sensim, vacuantur sanguine venæ,
  Nec damna exhaustum cor reparare valet.
Hinc omnes artus dispendia magna tulerunt,
  Et periit totus, qui fuit ante, vigor.
Quem conjurati pigrum dixère, fatentur
  Communi ante alios consuluisse bono.
Præstat idem officium majestas regia plebi,
  Accipit et donat, sic ope pensat opem.
Quisque refert omnes in regis commoda curas,
  Cuique dat et curis rex alimenta suis.
Rex alit artifices operis mercede diurni,
  Rex mercatorum providus auget opes:
Protegit agricolas, bellantibus æra ministrat,
  Quin fovet et Themidis, pieridumque decus,
Dona locis centum largus partitur, et unus
  Est regni columen præsidiumque sui.
Fertur idem multâ dixisse Menenius arte,
  Linquere dum Patres plebs malesana parat.
Indociles clamant, senibus cessêre tyrannis
  Fasces, divitiæ, summus honoris apex.
At nos intereà genus obruit omne malorum,
  Durum vectigal, prægrave Martis opus.
Jamque urbis portas magno est egressa tumultu
  Quærere semotas turba parata plagas.
Tum medios inter prudens Aggrippa quirites
  Surgit, et hos similes artubus esse docet.
Fabella ante alias totum celebrata per orbem,
  Officio valuit reddere quemque suo.

:ons, c'est un métier qu'il veut nous faire apprendre.
dit, ainsi fait. Les mains cessent de prendre,
.es bras d'agir, les jambes de marcher :
dirent à Gaster qu'il en allât chercher.
ur fut une erreur dont ils se repentirent.
Dt les pauvres gens tombèrent en langueur :
se forma plus de nouveau sang au cœur :
ıe membre en souffrit : les forces se perdirent.
Par ce moyen les mutins virent
:elui qu'ils croyoient oisif et paresseux,
:térêt commun contribuoit plus qu'eux.
peut s'appliquer à la grandeur royale.
reçoit et donne ; et la chose est égale.
travaille pour elle, et réciproquement
Tout tire d'elle l'aliment.
fait subsiter l'artisan de ses peines,
hit le marchand, gage le magistrat,
tient le laboureur, donne paie au soldat,
ibue en cent lieues ses grâces souveraines,
Entretient seule tout l'état.
Menenius le sut bien dire.
ommune s'alloit séparer du sénat.
nécontens disoient qu'il avoit tout l'empire,
ouvoir, les trésors, l'honneur, la dignité ;
ieu que tout le mal étoit de leur côté,
ributs, les impôts, les fatigues de guerre.
ıeuple hors des murs étoit déjà posté :
lupart s'en alloient chercher une autre terre,
Quand Menenius leur fit voir
Qu'ils étoient aux membres semblables ;
ar cet apologue insigne entre les fables,
Les ramena dans leur devoir.

EXCERPTA
IN USUM QUARTANORUM.

Diversa stratagemata, ex FRONTINO descripta.

De transducendo per loca infesta exercitu.

IPHICRATES dux Athenienfium adversus Anaxibium Lacedæmonium in Hellesponto circa Abydon, cùm transducendum exercitum haberet per loca, quæ stationibus hostium tenebantur, alterum autem latus ejus transitus abscissi montes premerent, alterum mare ablueret; aliquandiu moratus, cùm incidisset frigidior solito dies, et ob hoc nemini suspectus, delegit firmissimos quosque; quibus oleo ac mero calefactis, præcepit ut ipsam oram maris legerent, abruptiora tranarent: atque ita custodes angustiarum inopinatus oppressit à tergo.

Cn. Pompeius cùm flumen transire propter oppositum exercitum hostium non posset,

EXTRAITS

)UR LES QUATRIÈMES.

agêmes divers, tirés de FRONTIN.

Trad. de d'Ablancourt.

:r passer sûrement des lieux dangereux.

ICRATE, général des Athéniens, la guerre contre les Lacédémoniens (1), d'Abyde, et ayant à passer un détroit par les ennemis, et bordé d'un côté de r, et de l'autre de précipices, s'arrêta ourt, et laissa s'écouler quelques jours; renant l'occasion d'un mauvais temps pour : couvrir son dessein, il fit passer à la des soldats (2), qu'il avoit fait boire et ɜr, pour les garantir du froid. Ces troupes nt l'ennemi en queue, les défirent et ou- t le passage.

npée voulant passer une rivière que les iis défendoient, fut quelque temps à les

(1) Conduits par Anaxibie.

(2) L'auteur dit : *qu'il les fit couler le long de la côte, er à la nage les endroits les plus escarpés.* Mais je prime que ce qui est du sujet pour lequel ils s'hui- et prenoient du vin.

assiduè producere et reducere in castra instituit : deinde in eamdem persuasionem hoste perducto, ne ullam viam ad progressum Romanorum teneret, repentè impetu facto transitum rapuit.

Alexander Macedo, prohibente rege Indorum Poro trajici exercitum per flumen Hydaspem, adversus aquam assiduè procurrere jussit suos : et ubi eo more exercitationis assecutus est, ut Poro adversa ripa caveretur, per superiorem partem subitò transmisit exercitum. Idemque Indi fluminis trajectu prohibitus ab hoste, diversis locis in flumine equites instituit immittere, et transitum minari : cumque expectatione Barbaros teneret intentos, insulam paulò remotiorem, primùm exiguo, deinde majore præsidio occupavit, atque inde in ulteriorem ripam transmisit. Ad quam manum opprimendam cùm universi se hostes effudissent, ipse libero vado transgressus, omnes copias conjunxit.

Xenophon, ulteriorem ripam Armeniis tenentibus, duos jussit quæri aditus ; et cùm à citeriore repulsus esset, transiit ad superiorem. Inde quoque prohibitus hostium occursu, repetiit vadum inferius, jussa ibidem militum parte subsistere ; ex qua cùm Armenii ad inferioris vadi tutelam rediissent, per superius transgrederetur. Armenii credentes decursuros

(1) Il y a quelque chose de corrompu au latin ; c'est pourquoi j'ai été au sens sans m'attaquer aux paroles.

(2) Je lis *inferiorem* pour *superiorem* ; car si l'ennemi

nuser par de feintes attaques, puis donna tout
ɜ bon, lorsqu'ils l'attendoient le moins, (1)
: les força.

Alexandre trouvant Porus campé sur l'Hy-
ıspe, contremonta quelque temps le fil de
eau, comme pour trouver un passage; et
ennemi le suivant, il passa tout-à-coup vers
ɜ bas du fleuve (2), (après s'en être saisi, avec
es troupes qu'il y avoit laissées.)

Au passage de l'Indus, il fit sonder le gué
n divers endroits par sa cavalerie, et tandis
u'il amusoit les ennemis par cette feinte, il se
ıisit (3) d'une île plus éloignée (4), d'où il
t passer des troupes à l'autre bord; et comme
ɔute l'armée ennemie y fut accourue, il passa
is-à-vis de son camp, où étoit le gué (5) et
int rejoindre ses troupes.

Xénophon ayant à passer une rivière (6),
ù les ennemis s'étoient retranchés, chercha
leux gués, et étant repoussé à l'un, recourut
ı l'autre (7); et lorsque les ennemis y furent
'enus, il regagna le premier : mais il laissa
ɜncore des troupes au second, qui passèrent

ɔontremontoit l'eau, il ne pouvoit dérober son passage de
ɔe côté-là, et pour fortifier mon sens, j'ai ajouté la ligne
qui suit.

(3) Premièrement avec peu de gens, et puis avec un plus grand nombre.

(4) J'ai renvoyé en note une particularité qui était dans le texte.

(5) Ou, si vous voulez, *il passa au gué, qui étoit vis-à-vis son camp*.

(6) En Arménie.

(7) Il y au latin *citeriore* pour *inferiore*, comme il se voit par la ligne d'après. Mais parce qu'il n'avoit pas besoin d'être exprimé, je ne l'ai pas fait; car il ne faut point descendre dans le détail quand on s'en peut passer.

omnes, decerpti sunt à remeuntibus : Hi cùm resistente nullo vadum superassent, transeuntium suorum fuêre propugnatores.

P. Claudius consul primo bello Punico, cùm à Rhegio Messanam trajicere militem nequiret, custodientibus fretum Pœnis, sparsit rumorem; quasi bellum injussu populi inceptum gerere non posset, classemque Italiam versus se agere simulavit : digressis deinde Pœnis, qui profectioni ejus habuerant fidem, circumactas naves appulit Siciliæ.

Lacedæmoniorum duces, cùm Syracusas navigare destinassent, et Pœnorum dispositam penitus classem timerent, decem Punicas naves, quas captivas habebant, veluti victrices, primas jusserunt agi, à latere junctis ac puppe religatis aliis : qua specie deceptis Pœnis transierunt.

De evadendo ex locis difficilimis.

MINUTIUS consul in Liguria, dimisso in angustias exercitu, cùm jam omnibus obversaretur Caudinæ cladis exemplum, Numidas auxiliares, tam propter ipsorum, quàm propter equorum deformitatem despiciendos, jussit adequitare faucibus quæ tenebantur. Primò intenti hostes ne lacesserentur, stationem objecerunt : deinde industriâ Numidæ ad augendum suî contemptum, labi equis, et per ludibrium spectaculo esse affectaverunt : ad novitatem rei laxatis ordinibus, Barbari in spectaculum usque resoluti sunt. Quod ubi animadverterunt Numidæ, paulatim succedentes, additis calca-

(1) Ce ne fut pas Publius Claudius, mais Appius Claudius Caudex. *Voyez* Pighius, Tom. II. sur l'année de la fondation de Rôme CDLXXXIX.

s résistance à cause qu'il n'y avoit plus per-ne, et favorisèrent ensuite son passage.

'UBLIUS (1) CLAUDIUS en la première rre Punique, ne pouvant passer le détroit Messine, occupé par les Carthaginois, re-rna vers l'Italie, comme s'il eût été rappelé ome (2); et les Carthaginois s'étant retirés cette nouvelle, il passa après sans danger.

.es Lacédémoniens voulant secourir Syra-e, que les Carthaginois tenoient assié-, remorquèrent leurs vaisseaux avec des ères qu'ils avoient prises sur l'ennemi (3), passèrent ainsi pour des Carthaginois vic-eux.

Pour se sauver des lieux difficiles.

.E consul MINUTIUS se trouvant enfermé s des détroits sur la côte de Gênes, et ignant l'aventure des Fourches Caudines, dont le souvenir étonnoit déjà ses soldats, marcher ses chevaux-légers Numidiens s le passage, et attira l'ennemi de ce côté-comme à un spectacle, par la laideur de s chevaux, et la mauvaise mine des cava-s qui avoient mis pied à terre, et folâ-ent pour se rendre plus ridicules. Mais

) L'auteur dit : *comme si cette guerre eût été entreprise l'ordre du peuple.* Mais le sujet n'avoit besoin que e que j'ai exprimé.

) Je n'en ai pas mis le nombre, parce que cela ne sert ien au sujet.

) Lieu d'une grande défaite.

Spartacus fossam, quâ erat à M. Crasso circumdatus, captivorum pecorumque corporibus noctu replevit, et supergressus est.

Idem cùm in Vesuvio obsessus, ea parte quâ mons asperrimus erat, ideoque incustoditus, ex vimine silvestri catenas conseruit, quibus demissus non solùm evasit, verùm etiam ex alio latere Claudium ita terruit, ut aliquot cohortes gladiatoribus quatuor et septuaginta cesserint.

Idem cum L. Varino proconsule, præclusus esset, palis per modica intervalla fixis ante portam, erecta cadavera, adornata veste atque armis, alligavit, ut procul intuentibus stationis species esset, ignibus per tota castra factis: imagine vana deluso hoste, copias silentio noctis eduxit.

Brasidas dux Lacedæmoniorum, circa Amphipolim ab Atheniensium multitudine numero impar deprehensus, claudendum se præstitit, ut per longum coronæ ambitum extenuaret hostilem frequentiam; quàque rarissimi obstabant, erupit.

Iphicrates in Thracia cùm depresso loco castra posuisset, explorasset autem ab hoste proximum teneri collem, ex quo unus ad opprimendum ipsos descensus erat, nocte paucis intra castra relictis, imperavit, ut multos ignes facerent, eductoque exercitu, et disposito circa latera prædictæ viæ, passus est transire Barbaros: locorumque iniquitate, in quo ipse fuerat, in illos conversâ, parte exercitus terga eorum cecîdit, parte castra fecit.

rtacus enfermé par un fossé par Crasle passa la nuit sur un pont de corps (1). Une autre fois, investi sur le Vésuve, il se sauva aussi la nuit par oit le plus escarpé, avec des chaînes r le long desquelles il se coula, et alla r une si chaude alarme d'un autre côté, c soixante et quatorze gladiateurs, il mit te quelques corps d'infanterie.

même, cerné par le proconsul Varinius, ux portes de son camp une garde de morts attachés à des pieux, et armés, aisant allumer des feux par-tout, il se à la faveur de la nuit.

sidas, général des (2) Lacédémoniens, ssa entourer (3) à dessein par la multiles ennemis pour disperser leurs forces, et uite un effort par l'endroit le plus foible.

icrate voyant que les ennemis s'étoient d'une colline qui commandoit son, il ne laissa dedans que fort peu de es, avec beaucoup de feux allumés pour rence, et tirant dehors le reste de son, il la rangea de part et d'autre à la nte, par où les ennemis étant accourus, enveloppa et les défit.

Tant hommes que bêtes.

Au siége d'Amphipolis.

ie trouvant plus foible que les Athéniens.

Darius, ut falleret Scythas discessu, canes atque asinos in castris reliquit : quos cùm latrantes rudentesque hostis audiret, remanere Darium credidit.

Eumdem errorem objecturi nostris Ligures, per diversa loca bubalos laqueis ad arbores alligaverunt, qui deducti frequentiori mugitu speciem remanentium præbebant hostium.

Hanno ab hostibus clausus, locum irruptioni maximè aptum, aggestis levibus materiis incendit : tum hoste ad cæteros exitus custodiendos avocato, milites per ipsam flammam eduxit ; admonito ora scutis, crura veste contegere.

Hannibal, ut iniquitatem locorum et inopiam, instante fabió Maximo effugeret, noctu boves, quibus ad cornua fasciculos alligaverat sarmentorum, subjecto igne, dimisit : cumque ipso motu adolescente flamma turbaretur pecus, magna discursatione montes, in quos actum erat, collustravit. Romani qui ad speculandum concurrerant, primò prodigium opinati sunt; deinde cùm certa Fabio renuntiassent, ille de insidiarum metu suos castris continuit ; Barbari obsistente nullo profecti sunt.

De insidiis in itinere structis.

l'Attique, depuis l'âge de dix-huit ans jusqu'à vingt: et après il alloit servir au loin. Quant au temps où il avoit droit de quitter, plusieurs auteurs le fixent a quarante ans. Tout citoyen, au reste, lorsqu'il entroit au service, devoit prêter serment de fidélité. On peut en voir la formule dans l'Onomasticon de Pollux, liv. 8, chap. 9.

Cives autem misceri cum externo milite, et unà jubeo navigare, quòd, ut audio, cùm peregrinus, miles hujus urbis nomine an imperio, Corinthi olim esset, cui Polystratus, Iphicrates, Chabrias, et alii nonnulli præerant; vos arma pariter tulistis cum eo; junctique hoc demùm pacto Lacedæmoniorum opes fregistis.

Ex quo autem peregrinæ istæ copiæ per se ipsæ bella pro vobis gerunt, amicos æquè ac fæderatos debellant, unde hostium numerus vehementer accrevit: iidem postquam bellum sibi ab urbe impositum, et mandatum inchoârunt, ad Artabazum aut aliò quopiam navigant, nostro duce illos consequente. Quid enim agat? stipendia qui non solvit, imperare militi nemo potest.

Audite igitur quid fieri porrò jubeam. Volo et militibus et duci adimi causas omnes rei malè gerendæ: quod ita fiet, si numeretur militi merces; si præficiantur certi et è vestro genere milites, qui ducum velut inspectores sint. Nunc quidem ridiculi planè sumus. Quæret aliquis à vobis: pacem-ne agitis, Athenienses? Minimè gentium, dicetis: bellum cum Philippo gerimus. Et vero nonne creastis è vestris civibus decem centuriones, et duces, et tribunos, et magistros equitum duos?

Je demande qu'avec les étrangers on mêle de nos citoyens, et qu'ils s'embarquent tous ensemble; parce qu'autrefois, quand vous aviez des troupes étrangères à Corinthe, où Polistrate, Iphicrate, Chabrias, et d'autres encore les commandoient en votre nom, plusieurs Athéniens joignirent l'armée: et ainsi réunis, citoyens et étrangers, vous triomphâtes des Lacédémoniens.

Mais depuis que des étrangers sont employés seuls à faire la guerre pour vous, il n'y a que l'ami, que l'allié, qui souffrent de leurs hostilités. L'ennemi cependant va toujours en se fortifiant. Et ces étrangers à peine voient-ils la guerre commencée, qu'ils désertent. Ils (1) vont chez Artabaze, et par-tout ailleurs, plutôt que de rester à votre service. Le chef les suit avec raison; car ne les payant pas, il n'a point à leur commander.

Que veux-je donc? Que pour ôter et au chef et aux soldats, tout prétexte de mécontentement, il y ait toujours de quoi payer; et qu'avec les étrangers on mêle des citoyens, qui aient l'œil sur la conduite du chef.

Aujourd'hui, en vérité, notre politique est risible. Car si l'on vous demandoit: Athéniens, êtes-vous en paix? *Par Jupiter, non*, diriez-vous, *nous sommes en guerre avec Philippe.* Hé n'avez-vous pas effectivement nommé de vos citoyens, pour exercer toutes les charges nécessaires dans une armée.

(1) Athènes avoit dans l'Hellespont une armée toute composée d'étrangers; ils n'étoient point payés; ils quittèrent sans autre formalité pour aller joindre Artabaze, satrape de l'Asie mineure, révolté contre son maître le roi de Perse, et ils furent suivis de Charès, Athénien, leur général.

Sed quid isti tandem agunt, præter illum unum qui missus à vobis, totius belli dux et imperator fuerit? Cæteri urbem vobis obeunt solemni pompâ cum sacrificulis. Ut figuli ad ornatum delicata signa ex luto argillâque conflant, ita vos ad solemnes et ludicras, quæ in foro fiunt, transvectiones, non ad bellicum opus et laborem, centuriones facitis et tribunos. Nonne oportebat centuriones, nonne magistros equitum à vobis ipsis eligi, cæteros duces cives vestros esse, ut essent reverà copiæ civitatis? An qui in Lemnum navigaret, magistrum equitum, è vobis unum, et à vobis nominatim creatum esse oportuit: iis verò qui pro fortuna hujuc urbis gravissimo conflictantur bello, equitibus præesse Menelaum par est! Non hoc eò commemoro, quod homini detractum velim; sed eum certè, quisquis esset, à vobis creatum esse decuit.

Atque hæc à me rectè dici fortasse judicatis; sed de re pecuniariâ, quanta sit, unde sit petenda, audire præsertim lubet. Paucis id quoque conficio. Pecuniæ summa, quæ ad alendum hunc exercitum sit satis (de commeatu quippe militum duntaxat loquor) talenta sunt nonaginta, aut paulò plus eo: in decem celeres naves, talenta quadraginta: vicenæ minæ in navim singulis mensibus: totidem alia talenta

(1) Parce que ces officiers y avoient un rang, et y paroissoient avec les habits et les autres ornemens convenables à leurs dignités.

Mais de ces officiers, hors le seul que vous envoyez où est votre armée, tous les autres que font-ils ? Ils servent ici à décorer (1) vos fêtes, avec vos sacrificateurs.

Tels que des statuaires en argile, vous faites des guerriers pour la montre, non pour le service.

Quoi pour pouvoir dire qu'une armée est celle d'Athènes, ne faudroit-il pas que les principaux officiers qui s'y trouvent, fussent Athéniens.

Pour aller au secours de Lemnos, vous prenez le général de votre cavalerie : et au contraire, vous laissez à Ménélas, à un étranger, le commandement des troupes destinées à vous défendre vous-mêmes. Je ne vous dis point ceci pour attaquer le mérite de Ménélas. Je dis seulement que le général de votre armée, quel qu'il fût, devoit être pris d'entre vous.

Peut-être jugez-vous que j'ai raison jusqu'ici: mais nous êtes dans l'impatience de savoir où trouver des fonds; et ce qu'il en faut. Vous allez l'apprendre.

Toute l'armée que je vous propose de lever vous coûtera pour les vivres seulement, un peu au-delà (2) de quatre-vingt-dix talens : savoir, pour les dix vaisseaux légers, quarante talens, à vingt mines par mois pour chaque vaisseau,

(2) Une *drachme*, selon M. Dacier, pesoit ce que nous appelons un gros ; et il met le gros d'argent à dix sous.

Une *mine* valoit cent drachmes ; et par conséquent cinquante livres tournois.

Un *talent* valoit soixante mines ; et par conséquent trois mille livres tournois.

Ainsi la somme totale que Démosthène demande pour l'entretien de son armée, se monte à deux cent soixante et dix mille livres, en supposant toujours que le gros est à dix sous.

duobus militum millibus : denæ singulis militibus in mensem drachmæ pro cibariis : ducentis equitibus talenta duodecim : et tricenæ singulis in mensem drachmæ.

Quòd si quis fortè putet leve momentum in militum commeatu esse, errat. Pro certo enim habeo, si modò victus illis suppeditetur, eos reliquam stipendiorum et mercedis partem sibi ex ipso bello, sine nullâ vel Græcorum, vel sociorum injuriâ, paraturos. Ego cum illis meâ voluntate navigabo, quidlibet perferre ac pati certus, si aliter atque dico res eveniat. Age nunc, unde tandem pecunia, quam à vobis requiro, comparabitur? Accipite.

Ratio certa pecuniæ ad militarem commeatum inveniendæ.

Ea sunt, Athenienses, quæ nobis in mentem venêre. Vos, ubi sententias rogaveritis, quæcumque visa vobis fuerint, rata esse, inque opus continuò deduci, jubetote : ne litteris tantùm ac decretis, sed rebus ipsis, bellum geratis cum Philippo. Mihi verò ad belli totius et militaris apparatûs rationem tutò ineundam, nihil videtur esse opportunius, quàm si regionis in quam estis bellum deportaturi, situm diligenter exploratum habeatis.

Captat Philippus ventorum ac tempestatum omni opportunitatem, easque multò antè prospiciens ac præcipiens è sententiâ rem gerit. Etesias, hybernumque tempus observans, tum nos invadit cùm ad eum per ventos nobis aspirare non licet. Quamobrem convenit vos non collectis raptim navibus et auxiliis, quæ num-

autant pour les deux mille hommes de pied, à dix drachmes par mois pour chaque soldat : enfin pour les deux cents chevaux, douze talens, à trente drachmes par mois pour chacun d'eux.

Mais de pourvoir seulement aux vivres, c'est peu, dira-t-on. Et moi, pourvu que notre armée n'en manque point, je suis assuré que la guerre lui procurera d'elle-même tout le reste, sans que ni Grecs, ni alliés en souffrent. Je m'embarquerai, si l'on veut : et au cas que le succès me démente, ma tête en répondra.

Mais enfin, la somme que j'ai dite, comment la faire? le voici.

(On lit ici le mémoire de Démosthène sur le subside qu'il veut être ordonné, et après la lecture, il reprend son discours.)

Telle est, Athéniens, l'idée que j'ai conçue. Quand vous irez aux opinions, arrêtez-vous au parti le plus avantageux, et faites qu'enfin on batte Philippe, non plus avec des décrets et des lettres seulement, mais à main armée.

Pour mieux délibérer, et sur cette guerre, et sur les préparatifs, il vous est important, Athéniens, de considérer la situation du pays où il faut que vous portiez vos armes. Remarquez à cet égard comme Philippe profite des vents et des saisons, pour l'arrangement de ses desseins. Tandis que les vents Etésiens règnent, ou quand l'hiver est venu, c'est alors qu'il ouvre la guerre, parce qu'il nous sait dans l'impossibilité d'aller à lui. Vous avez donc besoin de troupes qui soient toutes prêtes, toujours à portée. Car de croire que dans l'occasion vous n'avez qu'à ramasser des soldats, et les

quam tempori adsunt, bellare, sed paratas semper in omnem eventum habere copias, quarum hyberna statio erit Lemnus, Thasus, Scyathus, aliæque in eadem ora insulæ, portubus, frumento, cæteroque commeatu abundantes.

Quo verò anni tempore illinc prodeundum, quando molles ad terram accessus, quibus fidendum ventis, cognoscere nullo negotio licebit. Erit illius, cui summam rerum mandaveritis, providere quibus copiis, quàm tempestivè utatur : vestrum nunc est ea quæ sunt vobis jam recitata, præstare.

Quòd si primùm, quas dico, pecunias suppeditaveritis; deinde milites, triremes, equites, aliaque id genus omnia comparaveritis; tum lege latâ quemquam à militiâ discedere vetueritis; ipsi colligendæ, dividendæque pecuniæ curam in vobis susceperitis; denique rationem administrati belli, ab imperatore vestro repetatis; illuscescet illa dies, quæ molestis et inutilibus vestris consultationibus finem aliquando imponat.

Accedit illa quoque utilitas, quòd hostem maximâ suorum proventuum parte spoliabitis. Quo tandem pacto? Nimirùm ille prædâ, quam sociis vestris aufert, quorum naves toto mari spoliat, rapitque, dives habet unde belli contra vos gerendi sumptus alat.

Quid erit præstereà commodi? Illud longè maximum, quòd ab ejus incursionibus damnoque capiendo procul sitis; non jam ille ut nuper impetum in Lemnum, in Imbrum fecit, indeque cives vestros captivos asportavit, verùm etiam abactis ad Geræstum navibus, immensam

faire partir, c'est vouloir n'y être jamais à temps.

Vous pourrez faire hiverner vos troupes à Lemnos, à Thase, à Sciathe, et dans les autres îles voisines, qui ont des ports, abondance de vivres, tout ce qu'il faut à des gens de guerre.

Vos vaisseaux étant à l'abri dans ces ports, et vos soldats ne s'éloignant point des villes maritimes, il vous sera aisé de profiter du vent, pour mettre à la voile sans nul risque.

Quant aux entreprises, elles dépendent des conjonctures? et il faut s'en reposer sur celui que vous avez revêtu de votre autorité.

Mais pour vous, Athéniens, votre affaire est d'accomplir ce qui est porté dans le mémoire qu'on vous à lu. Si vous faites les fonds que je demande, et c'est par où il faut commencer: si ensuite, quand vous aurez votre infanterie, vos galères, et votre cavalerie, vous exigez de toute l'armée, par une loi expresse, la continuité du service: et qu'enfin, vous faisant vous-mêmes les trésoriers et les distributeurs de vos fonds, vous obligiez le chef de vos troupes à vous rendre compte de sa conduite, vous cesserez dès lors, et de toujours délibérer, et de ne rien faire.

Par-là en même-temps, vous retrancherez à Philippe le plus fort de ses revenus. Comment? En le mettant hors d'état de continuer ses pirateries, qui appauvrissent vos alliés, et qui lui apportent de quoi soutenir la guerre qu'il vous fait.

Que gagnerez-vous encore; de n'être plus exposés à ses insultes: comme quand il surprit Lemnos et Imbros, d'où il emmena vos citoyens captifs: comme quand à Géreste;

pecuniæ vim collegit ; ac demùm in Marathonem excendens, inde sacram triremem adduxit. Quæ dedecora et detrimenta, neque vos impedire, nec in tempore, ut maximè statueratis, adesse potuistis.

Age verò, quid esse causæ censetis, Athenienses, cur Panathenæorum, cur Bacchanalium festi dies semper indicto et suo tempore celebrentur? sive principes civitatis, et rerum istarum gnari, sive privati ac imperiti curam illorum sortiantur; ac sumptus quidem in illas ferias tanti fiant, quantos una classis adornata postularet; tantâ porrò mole, tanto apparatu res geritur, quantum in Græciâ reliquâ videre non est. At verò cùm classes aliquem in locum destinamus, nulla tempori venit, non Methonem, non Pegasas, non Potidæam. Nimirùm quia ista quidem, quæ ad festorum apparatum pertinent, omnia sancita legibus ac definita sunt : multò antè unusquisque novit, quis in quâ tribu, chori et musicæ, quis gladiatorum et pugilum curam sit habiturus, quid à quo, et quando sumendum sit. Nihil non expensum, nihil non constitutum est, neglectum nihil, aut omissum.

Quæ verò ad bellicam rem et apparatum spectant, incomposita, indefinita omnia, nullis

(1) Ils avoient deux galères sacrées, l'une desquelles passoit pour être celle où Thésée s'étoit embarqué, lors-

ayant enveloppé vos vaisseaux, il fit des prises inestimables : comme quand il descendit à Marathon, et vous enleva la galère (1) sacrée.

Toutes ces insultes, vous n'avez pu les empêcher, parce que le secours, que vous auriez eu dessein d'envoyer, seroit arrivé trop tard.

Pourquoi vos (2) Panathénées et vos Bacchanales, dont la somptuosité passe tout ce qu'on voit ailleurs, et qui vous coûte plus que jamais flotte ne vous coûta? pourquoi, Athéniens, ces deux fêtes ne manquent-elles point d'être célébrées au temps prescrit, soit que des personnes intelligentes, soit que des ignorans s'en mêlent; et qu'au contraire toutes vos flottes, témoin celle qui alloit à Méthone, celle qui alloit à Pégase, celle qui alloit à Potidée, n'arrivèrent jamais qu'après coup.

Parce qu'à l'égard de vos fêtes, les lois ont pourvu à tout; en sorte que long-temps auparavant, chacun sait qui est préposé dans sa tribu, et sur les musiciens et sur les Athlètes : quand, par les mains de qui, et combien un acteur doit toucher, et ce qu'il doit faire. Tout a été prévu, tout a été réglé avec soin.

Mais pour vos armemens, point de règle, point de loi, point d'ordre. Au premier bruit

qu'il alla en Crète attaquer le Minotaure. On ne les faisoit voguer que pour de grandes causes, et avec de grandes cérémonies. A la superstition près, ces deux galères étoient à Athènes ce qu'est aujourd'hui le Bucentaure à Venise.

(2) *Panathénées*, fêtes en l'honneur de Minerve, déesse tutélaire d'Athènes et de toute l'Attique.

Bacchanales, fêtes, comme on le voit assez par leur nom, en l'honneur de Bacchus.

legibus certis, regulisque sunt fixa. Itaque simul atque increpuit aliquid, magistros navium creamus, et facultatem iis damus oneris istius in alium rejiciendi : tum de comparandæ pecuniæ ratione deliberamus. Sub hæc, placet in naves imponi nescio quos quà recens in urbe, quà foris extra urbem habitantes; mox cives succenturiari, et ad illos supplendos navigare decernimus.

Dum hæc geruntur, causa interim, cur navigetur, est nulla : tempus rei gerendæ in apparando consumptum est; avolat illa gubernatrix rerum, occasio, tarditatemque nostram et segnitiem non expectat. Quas verò paratas fore putabamus, nihil moliri possunt copiæ; elapsâ opportunitate jacent. Hoc animos addit Philippo, scilicet cujus hæ ad Eubœos, plenæ conviciorum, et insolentissimi fastûs, litteræ sunt.

Ea quæ audivistis, Athenienses, vera sunt magnam partem, id quod utinam ne esset! atque adeò minimè ad audiendum jucunda. Verùm si quis, dum res molestas, ne mœrorem afferat, obruit silentio, ipsas delere quoque, ac earum damna sarcire posset; sanè ad gratiam et voluptatem loqui præstaret. Sin verò illa quæ intempestivè quæritur voluptas orationis, damnum reipsâ et perniciem affert : pudeat vos, Athenienses, vobis ipsis verba dare, et calamitatum vestrarum mentione in aliud tempus, et curatione dilatâ, vulnus fortunis gravissimum et certissimum imponere.

An non hoc intelligitis? qui bello feliciter uti velit, huic faciendum esse, ut fortunam

de quelque mouvement, on établit des armateurs, on leur souffre de proposer des échanges, on rêve aux moyens de trouver des fonds. Ensuite, on fait un décret pour obliger les étrangers et les affranchis à s'embarquer ; et s'ils ne suffisent pas, on y supplée par des citoyens. Pendant tous ces délais, les places que vous alliez secourir, sont prises. On a perdu en préparatifs, le temps où il falloit agir. Car l'occasion, et c'est elle qui décide, ne consulte point notre lenteur. Vous comptiez sur le succès de vos soldats, et les conjonctures qu'ils trouvent en arrivant, leur font sentir qu'ils ne peuvent rien.

Aussi voit-on que Philippe, dans une lettre qu'il écrit aux Eubéens, vous traite avec le dernier mépris.

(*Ici Démosthène fait lire cette lettre, qui n'est point venue jusqu'à nous, et il continue ensuite son discours.*)

Vous ne vous êtes que trop attirés une partie de ces outrages, dont il vous est dur, Athéniens, d'entendre le récit. A la vérité, si de supprimer des choses attristantes, c'étoit faire qu'elles ne fussent pas, nous ne devrions nous étudier qu'à plaire dans nos discours. Mais si c'est réellement vous perdre, que de vous flatter à contre-temps, il vous est honteux, Athéniens, d'aimer à être séduits, de reculer toute opération nécessaire, sous prétexte qu'elle ne vous est pas agréable ; et de ne vouloir pas comprendre qu'à la guerre il faut, non point se

et eventus rerum varios quasi ducat, non sequatur, utque imperator quilibet exercitum, sic ille res antecedat : adeò ut ea fiant quæ ipsi visa fuerint, non quæ facere casus ipsum necessitasque coëgerit. At vos, ô cives, copias omnium habetis maximas et fortissimas, naves, milites, equitatum, pecunias, et reditus amplissimos, neque his omnibus tamen ad hanc usque diem in loco usi estis.

Omninò barbarorum pugilum ritu decertatis cum Philippo. Si quis illorum percutitur ab altero, semper ad plagam recurrit ; si aliunde feriatur, eò manum convertit : sed præcurrere in adversarium, illi se fidenter objicere, contra illius petitiones munire sese, neque possit, neque velit. Affertur Philippum esse in Chersoneso : statim illuc ire auxilio decernitis. In Thermopilis, vel alio quopiam in loco ? Ultrò citròque trepidi cursitatis, quocumque ille vestra arma, tanquam imperator vester, detorserit.

Ita nihil in bellica re, quod vobis utile sit, consulitis, nihilque providetis, antequam facinoris aliquid hostem, vel moliri, vel molitum esse resciatis. Atque hæc antè fortasse facere licuit : neutiquam nunc licet, in tantum adductæ res discrimen sunt.

Mihi verò videtur superûm aliquis, Athenienses, quem urbis dedecus ac pudor tangit, hanc Philippo mentem injecisse, ut nova in dies incepta designaret. Nam si contentus iis quæ antè cepit ac diruit, quiescere statuisset, nihilque agitare novi ; essent qui sat bellè

laisser commander aux évènemens, mais les prévenir. Que comme un général marche à la tête de ses troupes, aussi de sages politiques doivent-ils marcher, si j'ose ainsi dire, à la tête des affaires; en sorte qu'ils n'attendent pas l'évènement, pour savoir quelles mesures ils ont à prendre; mais que les mesures qu'ils ont prises, amènent l'évènement.

Vous êtes, Athéniens, les plus forts de tous les Grecs en vaisseaux, en cavalerie, en infanterie, en revenus; et vous ne savez vous prévaloir de rien à propos.

Vous faites dans vos guerres avec Philippe, comme fait un barbare, quand il lutte. S'il reçoit un coup, il y porte aussitôt la main. Le frappe-t-on ailleurs? il y porte la main encore. Mais de parer le coup qu'on lui destine, ou de prévenir son antagoniste, il n'en a pas l'adresse, et même il n'y pense pas. Vous pareillement, si vous entendez dire que Philippe s'est jeté sur la Chersonèse, vous y envoyez du secours : s'il est aux Thermopyles, vous y courez : s'il tourne de quelque autre côté, vous le suivez, à droite, à gauche, comme si vous étiez à ses ordres. Jamais de projet arrêté, jamais de précaution. Vous attendez qu'une mauvaise nouvelle vous mette en mouvement.

Autrefois, peut-être, vous pouviez sans risque vous gouverner ainsi, mais le moment décisif est venu, il faut une autre conduite.

Pour moi, Athéniens, je me persuade que cette humeur inquiète, qui dévore Philippe, lui est inspirée par quelque dieu, sensible à notre honte. Car si, content de ce qu'il a envahi, Philippe devoit s'en tenir là, et renoncer à de nouveaux projets : quelques-uns

nobiscum agi existimarent, etsi ob nostram inertiam, ob nostra dedecora, ludibrium toti meritò Græciæ debeamus. Nunc verò cùm aliud ex alio machinetur, nihilque sit ei satis, spes est fore, ut excutiat vobis feralem hunc veternum, nisi penitùs vobis ipsi desperastis.

In quo demiror nemini venire hoc in mentem, bellum à vobis inchoatum fuisse ad ultionem à Philippo repetendam: nunc verò in eo desinere, ut nihil detrimenti à Philippo capiamus. Sed ille tamen hìc non stabit, nisi quis ipsi moras injiciat. Et hoc lenti expectabimus? et bene rem se habere putabitis, si triremes vacuas, si spes à nescio quo datas mittatis? Non potiùs exscendimus? non ipsi nunc denique cum civium in militiam adscriptorum parte imus? non impetum in ejus regionem facimus?

Roget fortè quispiam ubi classem appellemus? Bellum ipsum viam aperiet, Athenienses, et quid in ejus fortunis imbecillum vitiosumque sit, ostendet, modò rem aggrediamur. Sin domi sedebimus, auresque vacuas oratoribus in se invicem convicia jactantibus et crimina, præbebimus, omnia pessum ibunt. Equidem id confirmo, quòcumque pars aliqua civitatis naviget, etsi tota non adsit, fortunam illi præsentesque deos adfuturos. At quòcumque unum aliquem tantùm imperatorem, et inania decreta,

de vous, ou je me trompe fort, consentiroient à oublier qu'il nous a couverts d'ignominie, et que nous sommes l'opprobre des Grecs. Mais heureusement rien ne l'assouvit, son ambition croît toujours, et peut-être vous réveillera-t-il enfin, à moins que vous ne vous soyez entièrement livrés au désespoir.

On ne pense point, et c'est ce que j'admire, on ne s'indigne point de voir qu'une guerre commencée pour nous venger des outrages que Philippe nous a faits, se termine par souhaiter qu'il cesse de nous en faire. Mais non, il ne cessera pas, s'il n'y est contraint.

Et nous attendrons tranquillement ? Vous croirez que tout ira bien, pourvu que vous fassiez partir des galères vides, et qu'un téméraire vous réponde du succès ? Nous ne nous embarquerons pas ? Il n'y aura pas de nos citoyens qui prennent les armes, et qui par leur présence animent enfin l'étranger ? Notre flotte ne descendra pas chez l'ennemi ?

Par où l'aborder, dira-t-on ? Eh la guerre, Athéniens, la guerre elle-même vous en découvrira les endroits foibles, si vous les cherchez.

Mais si, renfermés dans vos murailles, vous n'avez d'attention que pour des harangueurs, qui se déchirent perpétuellement les uns les autres, vous ne ferez jamais rien d'utile.

Quelque part que marchent nos troupes, si elles sont, je ne dis point toutes composées, mais du moins mêlées de citoyens, je m'assure que la bienveillance des dieux et de la fortune combattra pour nous. Mais quand il n'y a d'Athénien que le général ; et quand on le fait partir avec un décret frivole, et avec des

spesque à tribunalibus vestris, et isto foro sumptas miseritis, irritæ spes et vota nostra cadent.

Hinc ille sociorum nostrorum pavor, illa hostium ludibria, cùm ejusmodi classes adornamus. Non est, ut vir unus belli molem tantam, quantam illi imponitis, administret : dare verba, polliceri, hunc illumve accusare licet: ex eo fonte rerum labes illa fluxit. Quid aliud autem expectandum fuit? Quippe ubi dux infelicis exercitûs è peregrinis mercenariisque militibus conflati victus fuerit, prosiliunt hùc bene multi, qui hominem falsis criminibus tanquam negotii malè gesti reum deferant; vos in illum tanquam dictâ causâ, è vestigio sententiam quamcumque libuerit, fertis.

Huic malo quæ fieri medicina tandem potest? Una, si, ô Athenienses, eosdem et milites et testes rerum in bello gestarum esse jubeatis, mox in urbem se conferre, et esse judices apud quos de re malè gestâ dicatur; ut non vestra tantùm audiatis, sed coràm eadem ipsi videatis. Nunc autem eò dedecoris et flagitii ventum est, ut vestrorum imperatorum quilibet bis ter-ve capitis apud vos causam dicat, qui apud hostes caput in discrimen vel semel offerre ausus non sit. Ita furciferorum latronumque ritu perire, quàm imperatorum obire partes malunt : quippe sceleratos sententiâ judicis, duces hostium ferrò mori decet.

Apud vos interim quid agitur domi? Alii obambulantes dictitant Philippum cum Lacedæmoniis agere de Thebis evertendis; in eoque

espérances

espérances dont il n'a pour garant que la tribune ; rien de ce qui doit se faire, ne se fait.

Autant ces sortes d'armemens excitent la risée de vos ennemis, autant ils consternent vos alliés. Car un homme seul ne sauroit, non, il ne sauroit porter tout le faix dont vous le chargez. Il ne pourra que donner de belles paroles : et quand il aura été battu, en rejeter la faute sur l'un ou sur l'autre. Toutes vos entreprises ont échoué par-là. Et devez-vous effectivement vous promettre un autre succès ? Vous donnez à de pauvres étrangers un chef qui n'a pas de quoi les payer ; il succombe ; aussitôt on vient hardiment vous en faire ici de fausses relations ; et vous, sur des ouï-dire, vous l'absolvez, ou le condamnez au hasard.

Or le remède, quel est-il ? Que vous-mêmes, Athéniens, vous alliez servir en personne ; et qu'après avoir été les inspecteurs de vos généraux durant la campagne, vous soyez leurs juges au retour.

Vous ne devez point vous fier à de simples rapports, il faut voir de vos yeux ce qui se passe dans vos armées, et sur-tout aujourd'hui qu'il ne reste nul honneur parmi ceux qui les commandent. Trop lâches pour exposer une seule fois leur vie dans les combats, ils ne craignent point de l'exposer deux et trois fois dans vos jugemens, et ils préfèrent à une fin glorieuse, le sort d'un brigand et d'un scélérat. Car à des scélérats, c'est une sentence qui leur ôte la vie ; mais à des guerriers, ce doit être l'épée de l'ennemi.

Quelques-uns de vos nouvellistes répandent, que Philippe travaille avec Lacédémone à ruiner Thèbes, et à changer le gouvernement de nos républiques : d'autres, qu'il a envoyé

esse ut respublicas convellat : alii missos ab eo legatos ad regem : alii Illyricorum urbes ab eodem mœnibus propugnaculisque firmari : alii denique aliud comminiscentes concursamus. Ego quidem sic existimo, Athenienses, hominem rerum gestarum magnitudine impotentem et ebrium plurima id genus somnia sibi in animo fingere, præsertim cùm neminem, à quo prohiberi possit, aspiciat, et ipsâ per se ambitione ad audendum efferatur. Nihilominus tamen haud arbitror eum sua sic instituere consilia, ut quid acturus sit, exploratum habeant fabulatores, quibus apud nos nihil est dementius.

Nos verò hæc missa faciamus : illud consideremus ac planè intelligamus eum hostem esse, nos ab illo spoliari, ac tandiu tot contumeliis affici : quidquid in aliis posuimus aliquando spei, hoc totum in nostram perniciem conversum fuisse : ut nobis unis spes esse nostras, ac præsidia : sin bellum gerere in hostico solo noluerimus, nos coactum iri posteà fortasse illud gerere in nostro : hæc inquam, si altis mentibus defigamus, et quid à nobis respublica postulet agnoscamus, et inanes gerronum istorum nugas valere jubebimus. Non enim quid aventurum sit, spectandum est : sed hoc prorsùs intelligendum, omnia pejorem in partem eventura, nisi omnibus animis incubatis in rempublicam, et suum quisque munus sedulò ac diligenter impleatis.

Ego cùm nunquam aliàs ad gratiam loqui solitus sum, maximè si quid alienum à vestris commodis rationibusque cognovi : tum verò quæ visa mihi sunt hodie, candidè ac apertè, simulque audacter et liberè sum elocutus. Satis intelligo quanti vestrâ omnium referat, ut si

un ambassadeur au roi (1) : d'autres qu'il fortifie des places en Illyrie : chacun de nous invente sa fable, et la promène. Pour moi, de par les dieux, je veux bien croire, Athéniens, qu'enivré de ses grands exploits, il se laisse aller à de pareilles rêveries, d'autant plus que dans toute la Grèce il ne voit personne qui lui fasse tête. Mais, de par Jupiter, je ne croirai point qu'il mène ses projets, de telle sorte que nos plus sottes gens les pénètrent. Or, nos plus sottes gens, ce sont nos faiseurs de nouvelles.

Mais si laissant leurs songes à part, nous considérons que Philippe est notre ennemi ; qu'il s'empare de nos biens ; que depuis longtemps il nous outrage ; que tous les secours dont nous nous étions flattés, ont tourné contre nous ; qu'il ne nous reste d'espérance qu'en nous-mêmes ; que pour différer à porter la guerre au loin, nous nous exposons à l'avoir dans l'Attique ; si nous faisons, dis-je, toutes ces réflexions, alors nous connoîtrons nos véritables devoirs, et nous fermerons l'oreille à de vains discours. Car il ne faut point que de frivoles conjectures nous arrêtent, quand il est clair que si nous manquons de prévoyance et d'activité, nous périrons.

Pour moi, qui jamais ne cherchai à vous plaire, si ce n'est autant que vos intérêts me l'ont permis, je viens de vous dire librement, et sans adoucissement, ma pensée. Heureux si, comme il vous est salutaire de recevoir les

(1) Ainsi nommoit-on tout court, le roi de Perse ; ou quelquefois on disoit, *le Grand Roi.*

quæ sunt in rem vestram, audiatis ; verùm illud rescire quoque velim, an hoc perindè illi qui ea dicat, usui futurum sit. Libentiùs multò perorassem. Nunc, etsi quid mihi inde futurum sit, ignorem ; qui tamen habui persuasum è re vestrâ esse, ut ea, quæcumque dixi, præstaretis, ultrò ad dicendum accessi. Vincat ea sententia, quæ vobis omnibus est maximè profutura.

EX ELEGIIS
OVIDII EXULANTIS.

CARMINA proveniunt animo deducta sereno :
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis et otia quærunt :
Me mare, me venti, me fera jactat hyems.
Carminibus metus omnis abest : ego perditus ensem
Hæsurum jugulo jam puto jamque meo.

DUM petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas.

DII maris et cœli, quid enim nisi vota supersunt?
Solvere quassatæ parcite membra ratis ;

meilleurs conseils, il l'étoit de même à l'orateur de vous les donner. J'en aurois redoublé ma confiance, si je l'avois cru. Mais enfin, de quelque manière que vous preniez mon opinion, il m'a suffi de la croire avantageuse, pous me sentir obligé à vous la dire. Puisse l'emporter celle qui doit vous être la plus utile à tous !

FRAGMENS DES ÉLÉGIES D'OVIDE EXILÉ.

Trad. de l'abbé LÉZEAU.

LA poésie demande un esprit calme et tranquille ; rien de plus orageux que mes jours, par la multitude des maux qui m'ont assailli tout-à-coup.

Quand on fait des vers on cherche la solitude et le repos ; mais je suis battu des flots, des vents et de la tempête. Tout poëte qui veut travailler avec succès, doit être exempt de trouble et d'inquiétude ; mais moi tout éperdu, je crois à chaque moment me voir une épée à la gorge ; déjà prête à me percer.

ICARE pour avoir voulu voler trop haut sur des ailes trop foibles, a laissé son nom à une mer fameuse par sa chûte.

DIEUX du ciel et de la mer, c'est vous que j'implore ; car enfin dans l'extrémité où je me trouve, quelle autre ressource pour moi que de faire des vœux ? Epargnez

Neve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ;
  Sæpè, premente deo, fert deus alter opem.
Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo:
  Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Æneam propior Saturnia Turno,
  Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sæpè ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem:
  Eripuit patruo sæpè Minerva suo.

Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!
  Jamjam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diducto subsidunt æquore valles!
  Jamjam tacturas Tartara nigra putes.
Quocumque aspicio, nihil est nisi pontus et æther,
  Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter utrumque fremunt immani turbine venti;
  Nescit cui domino pareat unda maris.

Ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
  Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum juvat et vultu ridet Fortuna sereno,
  Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit; fugiunt, nec noscitur ulli,
  Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

Scire meos si quis casus desideret omnes,
  Plus, quàm quod fieri res sinit, ille petit.

donc grands Dieux, mon fragile vaisseau déjà si maltraité ; n'achevez pas de le mettre en pièces : non, je vous prie, ne secondez pas la colère du grand César. Souvent il arrive que quand un dieu nous persécute, un autre dieu nous protège. Vulcain se déclara contre Troye, et Apollon prit sa défense. Vénus favorisa les Troyens, et Pallas leur fut contraire. Junon si propice à Turnus, haïssoit mortellement Enée ; celui-ci cependant sous la garde de Vénus étoit en sûreté. Souvent Neptune en courroux attaqua le fin et adroit Ulysse, mais toujours Minerve sut le dérober à ses coups.

QUELLES horribles montagnes d'eau je vois rouler les unes sur les autres ! on diroit qu'elles vont s'élancer jusqu'au ciel. Mais quels profonds abîmes se creusent sous mes pieds, quand les flots s'abaissent ! qui ne croiroit qu'ils vont se précipiter jusqu'aux enfers.

De quelque côté que je tourne les yeux, rien ne se présente à moi que la mer et le ciel ; l'une toute grosse de ses flots écumans, et l'autre chargé de nuages menaçans. Les vents déchaînés frémissent entre-deux avec un mugissement épouvantable. L'onde ne sait plus à quel maître elle obéit.

DE même que l'or fin s'éprouve par le feu, ainsi la fidélité des vrais amis s'éprouve dans l'adversité. Tandis que la fortune nous rit et nous regarde avec un visage serein, tout le monde nous suit en foule, ou plutôt nos richesses qui n'ont encore reçu aucune atteinte : mais dès que le tonnerre gronde sur nos têtes, tout s'enfuit, tout disparoît autour de nous. Tel qu'on voyoit il y a peu de jours entouré d'un nombreux cortége, aujourd'hui le voilà seul, on ne le connoît plus.

SI quelqu'un veut savoir en détail toutes mes infortunes, il en demande plus qu'il n'est possible de lui dire. Que l'on compte les étoiles dont le ciel est parsemé, les

Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent:
  Parvaque quot siccus corpora pulvis habet.
Multaque credibili tulimus majora: ratamque
  Quamvis acciderint, non habitura fidem.

PRO duce Neritio docti mala nostra Poetæ
  Scribite; Neritio nam mala plura tuli.
Ille brevi spatio multis erravit in annis
  Inter Dulichiasque Iliacasque sinus.
Nos freta sideribus notis distantia mensos
  Sors tulit in Geticos Sarmaticosque domos.
Ille habuit fidamque manum, sociosque fideles:
  Me profugum comites deseruêre mei.
Ille suam lætus patriam victorque petebat:
  A patria fugio victus et exul ego.

DONEC eris felix, multos numerabis amicos,
  Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Adspicis, ut veniant ad candida tecta columbæ:
  Accipiat nullas sordida turris aves.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam;
  Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Utque comes radios per Solis euntibus umbra,
  Cùm latet hic pressus nubibus, illa fugit.
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus:
  Quæ simul inductâ nube teguntur, abit.

SI saperem, doctas odissem jure sorores,
  Numina cultori perniciosa suo.

grains de poussière répandus sur la surface de la terre ; et l'on saura le nombre des maux qui m'accablent : ce que j'ai souffert passe toute créance ; et mes malheurs qui ne sont que trop réels, seront regardés un jour comme des songes et des fables.

FAMEUX Poëtes, laissez-là votre Ulysse, chantez mes aventures ; j'ai plus essuyé de traverses que n'en essuya jamais Ulysse. Ce héros, il est vrai, erra long-temps dans un assez petit espace de mer entre Troye et la Grèce ; mais moi, après avoir traversé des mers immenses, au-delà des étoiles qui nous sont connues, mon malheureux sort m'a enfin jeté sur les rivages Gétiques et Sarmates : Ulysse fut toujours escorté d'une troupe de serviteurs fidèles qui ne le quittèrent jamais ; pour moi, tout m'a abandonné au temps de ma disgrâce : Ulysse retournoit chez lui triomphant et victorieux ; moi vaincu et fugitif, je me vois exilé de ma patrie.

TANDIS que vous serez heureux, vous aurez des amis à foison ; mais si les temps changent et deviennent nébuleux, vous resterez seul abandonné de tous.

Voyez comme les colombes volent en troupe vers le colombier tout neuf et nouvellement blanchi : une fuye mal-propre n'attire point les pigeons. Jamais les fourmis ne frayent vers des greniers qui sont vides ; ainsi nul ami pour un homme sans biens. Comme l'ombre accompagne toujours celui qui marche au soleil, et qu'elle disparoit dès que le ciel se couvre ; ainsi le peuple toujours inconstant suit le brillant de la fortune, et au premier nuage il s'enfuit.

SI j'étois sage, je haïrois toute ma vie les doctes sœurs, divinités fatales à quiconque leur fait la cour. Mais tel est mon malheur ou plutôt ma folie ; je tourne encore mes pas vers l'écueil où je donnai tant de fois. De même

At nunc (tanta meo comes est insania morbo)
Saxa meum refero rursus ad icta pedem.
Scilicet et victus repetit gladiator arenam;
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.
Forsitan ut quondam Teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus opemque feret.
Musaque, quam movit, motam quoque leniet iram:
Exorant magnos carmina sæpe deos.

Si quoties homines peccant, sua fulmina mittat
Jupiter; exiguo tempore inermis erit.
Hic ubi detonuit, strepituque exterruit orbem,
Purum discussis aera reddit aquis.
Jure igitur genitorque deûm rectorque vocatur:
Jure capax mundus nil Jove majus habet.

Tam procul ignotis igitur moriemur in oris;
Et fient ipso tristia fata loco.
Nec mea consueto languescent corpora lecto:
Depositum nec me qui fleat, ullus erit.
Nec dominæ lacrymis in nostra cadentibus ora
Accedent animæ tempora parva meæ.
Nec mandata dabo; nec cum clamore supremo
Labentes oculos condet amica manus.
Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri
Indeploratum barbara terra teget.

Utinam pereant animæ cum corpore nostro,
Effugiatque avidos pars mihi nulla rogos!

qu'un athlète vaincu rentre encore dans la lice, ou qu'un vaisseau après le naufrage se remet en pleine mer. Enfin peut-être aurai-je le même sort que Téléphe roi de Misie; ce qui m'a blessé me guérira: la Muse qui a irrité mon prince contre moi, pourra bien l'apaiser. Ce n'est pas ici la première fois que la douce harmonie des vers a pu calmer le courroux des plus grands dieux.

Si toutes les fois que les hommes pèchent, Jupiter lançoit sa foudre, Jupiter seroit bientôt sans armes: mais après que ce puissant dieu a effrayé le monde de son tonnerre, aussitôt les nuages se dissipent devant lui, la pluie cesse, et le ciel par son ordre devient calme et serein. C'est donc à juste titre qu'on le nomme le père et le maître des dieux; et ce n'est pas trop de dire que ce vaste univers ne renferme rien dans son enceinte de plus grand que Jupiter.

Il faut donc mourir à l'extrémité du monde, mourir dans un pays obscur et inconnu, afin que le lieu même de sa mort la rende plus affreuse et plus déplorable. Ainsi donc mon corps languissant ne reposera plus dans son lit ordinaire: ainsi quand je serai désespéré, prêt à rendre le dernier soupir, il n'y aura personne qui pleure autour de moi; les larmes d'une chère épouse répandues sur mes joues, n'arrêteront point pour quelques momens mon ame fugitive. Je ne pourrai déclarer mes dernières volontés; et lorsqu'un dernier cri aura annoncé mon trépas, nulle main chérie ne me fermera les yeux; ainsi un peu de terre seulement jetée au hasard sur mon misérable corps, sans cérémonies funèbres, sans que personne m'honore de ses larmes, feront tout l'appareil de ma sépulture dans ce pays barbare.

Ah! puisse mon âme périr avec mon corps, qu'aucune partie de moi-même n'évite les flammes du bucher. Si

Nam si morte carens vacuam volat altus in auram
  Spiritus, et Samii sunt rata dicta senis.
Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras;
  Perque feròs manes hospita semper erit.
Ossa tamen facito parvâ referantur in urnâ:
  Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Nec vetat hoc quisquam: fratrem Thebana peremptum
  Supposuit tumulo rege vetante soror.
Atque ea cum foliis et amomi pulvère misce:
  Inque suburbano condita pone loco.
Quosque legat versus oculo properante viator,
  Grandibus in tumuli marmore cæde notis.
Hîc ego qui jaceo tenerorum lusor amorum:
  Ingenio perii Naso poëta meo.
At tibi qui transis, ne sit grave, quisquis amasti,
  Dicere, Nasonis molliter ossa cubent.

FINIS.

cette âme est immortelle, si dégagée du corps elle s'envole dans les airs, suivant l'opinion du vieillard de Samos; il faudra donc qu'une âme Romaine demeure toujours errante parmi des ombres Sarmates, qu'elle fixe son séjour avec des manes farouches et barbares. Ayez soin pourtant, je vous en conjure, de faire rapporter mes ossemens en Italie, renfermés dans une urne; ainsi ne serai-je plus exilé du moins après ma mort. Personne ne peut s'y opposer; mais si cela étoit, vous savez avec quelle pieuse adresse la généreuse Antigone fit déposer dans un tombeau les cendres de son frère, en dépit d'un roi trop inhumain. Mêlez aussi à mes cendres des aromates de bonne odeur, puis enterrez-les tout proche de la ville, et gravez-y cette épitaphe en gros caractères lisibles à tous les passans.

Ci-gît Ovide et tout son badinage,
Source antique de ses malheurs :
Trop folâtres amours, troupe tendre et volage,
Jetez sur son tombeau des larmes et des fleurs.
Et vous qui de l'amour avez senti les traits,
Passant, dites qu'Ovide ici repose en paix.

FIN.

TABLE

Des Matières contenues dans ce volume.

EXTRAITS POUR LES SIXIÈMES.

Principaux évènemens de l'Histoire Romaine, tirés de l'abrégé d'EUTROPE.

COLLOQUE CHOISI D'ÉRASME.

FABLES CHOISIES DE LA FONTAINE.

TABLE.

TRAITS POUR LES CINQUIÈMES.

›aux évènemens de l'Histoire Sacrée, tirés de l'abrégé de SULPICE SÉVÈRE.

TABLE.

COLLOQUES CHOISIS D'ÉRASME.

FABLES CHOISIES DE LA FONTAINE.

EXTRAITS POUR LES QUATRIÈMES.

Stratagêmes divers, tirés de FRONTIN.

CHOIX DES LETTRES DE CICÉRON.

FRAGMENS MORAUX D'ÉRASME.

Fin de la Table.
